Deuota cōtemplacio ante cō mmunionem

O dn̄e jesu x̄ fili dei viui Concede
vt hec sacramēta celestia michi
efficiantur salus et vita Tu enim
dn̄e dixisti panis quem ego dabo
caro mea p mundi vita si quis
manducauerit ex hoc pane viuet
jn eternum Panis dulcissime sana
palatum cordis mei / Vt senciam
suauitatem amoris tui Sana eciam
dn̄e languore / vt nulla preter te
senciat dulcedinem / panis dulcissi
me / habens dn̄e delectamentum
et om̄e saporem suauitatis / qui
nos de te semper reficis / Et nunquam
deficis Comedat te quesso cor meum
et dulcedine saporis tui compleatur
viscera mea / panis angelorum

manducat & sanctissime angelus
pleno/ore in patria manducet
te/ homo peregrinus ne deficiat
in via/ Panis sancte/ panis vive
panis mundi qui descendisti de
celo/ Et das vitam mundo Veni
intra ~~me~~ cor meum munda me
ab omni inquinamento carnis et
spiritus/ Panis vite intra in animam
meam Et interius sana Et exte-
rius salva Esto tutamen et
continua salus corporis et ani-
mee Repelle a me insidias ini-
micorum/ humani generis/ hostis
qui insidiatur in abscondito qua-
si leo in spelunca sua ut rapiat
pauperem/ et interficiat innocentem
Recedat procul a presencia poten-
cie tue ut foris protectus/ et intus

munimur recto tramite ad tuum
regnum peruenire mereamur ubi
non misterio sicut hoc tempore sed
facie ad faciem sicuti est videbimus
te. Cum tradideris regnum deo patri
Tunc me ipso domine faciam cum iusticia
apparere in conspectu tuo. Et satiari
cum apparuerit gloria tua facies
tam mirifica ut non esuriam neque
siciam amplius quod ipse prestare
dignetur qui vivit et regnat
salvator mundi in secula seculorum amen

Alia devota contemplacio ante communionem

O vera unica hostia mente
laudando non exteriori censenda
visu sed interiori amplectenda
visu vel affectu. Ave sacratis-
simum corpus domini nostri ihesu christi sal-
vatoris omnium seculorum tibi laus in

secula seculorum. Ave principium
redempcionis nostre. Ave principium
creacionis nostre. Ave viaticum
peregrinacionis nostre. Ave premium
expectacionis nostre. Ave christe redemptor
mundi. Beatus venter qui te portavit
et ubera que suxisti deo gracias.
Fflecte populum tuum domine. Ipse deus
misereatur nostri

Alia deuota oracio

Precor te domine ihesu christe per
illam caritatem qua tu pater celesti
pendebas in cruce. Cum deifica
caritate Cum mestissima mente Cum
tristissimo gestu Cum turbatis
sensibus Cum transfixo corde Cum
transverberato corpore Cum sanguinolentis
vulneribus Cum expansis

manibus. Cum extensis venis. Cum extensis
nervis. Cum clamoroso ore. Cum
rauca voce. Cum pallida facie. Cum
mortali colore. Cum lacrimosis ocu
lis. Cum gemebundis desideriis. Cum
amaro gustu fellis. Cum inclinato
capite. Cum divisione corporis et ani
me. Cum origine vinculi fortis in ea cari
tatis peccatorum tuorum. O amantissime domine Ihesu
Christe, qua tunc amorosum cor stringebatur
ut sis michi placabilis super multi
tudinem peccatorum meorum, bonum et sanc
tum finem ac nec non letam gloriosamque
resurrectionem propter tuam magnam
misericordiam michi tribuere digneris.

Amen

Oracio ad proprium angelum

Rogo te sancte angele dei cui ego
ad custodiendum commissa sum ut
me gratia sancti spiritus clementer semper
assistere visitare purgare
illuminare Et ab insidiis diabo
boli potenter liberare Et in
bonis artibus perseverantem
me dirigere digneris ut tuo
consilio Et auxilio ad vitam
eternam perduci merear Amen